Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



316

canticum semp refertur in sensum · psalmus uero refertur
in corporalia · Iautem manifestius dicamus canticum in theoriam refertur.
psalmus autem in practicen hoc ē in opere · quō ergo in titulo scribtum ē.
canticum psalmi recte & consequenter in secundo uersicolo ait ·
Cantabo & psallam in gloria mea ·

Paratum cor meum ds paratum cor meum · paratus sum non solū opere · sed
& iam corde & sensu; paratū cor meum · in sensu · paratum cor meū in opere
hoc ē in practicen · qnm non solum corda & sensu · sed & in opere paratus sum;
Propter ea & in secundo dico · Cantabo & psallā in gloria mea · Cantabo hoc ē in corde
meo · & psallā sicut psalterium ex multis cordis compositum ē · & si una cordarupta
fuerit exterminatur psalterium · ita & in actib: nris · si unum mandatū praeter
gressi fuerimus · psalterium nrm rumpitur · Ideo dix · cantabo & psallam inglo
riamea · In aliis codicibus legitur in gloria tua · sed melius ē · sdm ebraicum
legere in gloria mea · Qd dicit · hoc ē cantabo & psallā in gloria mea; hoc dne
qd tibi psallo · quod tibi canto · nō tibi gratiā facio · sed mihi; In alio enī psalmo
dicit; Qnm bonorū meorū non egis · Qd ergo facio · pro me facio · Quod ergo
enī seruio tibi · gloria mea est · Ieunamus · numquid aliquid dō donamus · pro pec
catis nris hoc facimus · Iacemus in sacco · quid ex hoc prestamus dno · hoc tantum
illi prestamus · Ts̄aluemus animas nras; Ipse enī hoc desiderat · sicbonus & mise
ricors medicus · si aliquem sanauerit gaud & quidem & ipse & ille qui sanatus ē · ita
& dns nr · Exsurge psalterium & cithara · O psalterium · o cithara facta ē · &
creata es ut psallas dno; Exsurge & psalle · quare iaces · o monachae qui stas corpo
re · iace & animatua · & non psalles dno · Maledictus homo qui facit opus dni negle
genter · si psalterium es · o cithara es · Quare sur dus es & non glorificas dm · Ex
surgam di luculo · Ds in tenebris benedicit · & laudari non potest · sed in luce
benedicitur · Dicomisam · & si nocte surgimus · dm in luce benedicimus · nū
quam xpi ano · nox ē semp xpi ano solus tritiae oritur · & haec quidem sdm
iudaeos dicimus · Ceterum secundum altiorem sensum dns ē · qui canit ·
Paratum cor meum ds paratum cor meum · paratus sum · hic paratus sum
in futuro saluo · & in terris saluo & in caelis · hoc ē & angelos saluo & homines ·
Exsurge psalterium & cithara · Loquitur dns suo corpore psalterium & cithara ·
qui discendisti in infernum & iacuisti · Exsurge & laudad nm · & uides quid dicat ·
nō ipse — quim ou & cithara em & psalterium laudat · sed ipsam cithara em
& psalterium · ipsa benedicunt patrem; ille enī ds est · & a balis benedicitur
& laudatur; Corpus aut eius · & homo quem suscepit ipse laudat dnm ·